Iudeorum ab eis maxime decolorantur: qui postea agnoscunt esse nigros & humiliantur coram eis. Ut in Cant. 1. Nigra sum sed formosa etc.

Tharsis hic pro 4 1. dictum est quod classis in mari rapiantur. Et ita vocatur hoc loco accipi quod addit: Et insule, q. d. Reges maris & insule que sunt in mari. Et hic intelligitur mare mediterraneum, in quo sunt regna Egypti, Affrice, Numidie, Mauritanie, Libie, Cyrene. Ex altera parte Hispanie, Gallie, Italie, Grecie, Asie, Ionie, Pamphilie, Licie, Cilicie, Antiochie, Syrie etc. Hec omnia iacent in litore maris nostri scilicet mediterranei. Et omnia sub Christi fide postea [illegible].

Ubi Nos habemus Reges Arabum, hebr. sunt Reges Scheba (q. s. [illegible] & [illegible]) & Saba (q. s. [illegible] & [illegible]) quorum hec est differentia: quod hec sunt Scheba sunt Arabes felices: sic dicta a Scheba filio filii (i. a nepote) Chus qui fuit filius Cham Gen. 10. Et latine dicitur Saba in qua nascitur Thus & myrrha # Virg. Solis est Thurea virga Sabeis. Ideo scriptura Arabiam felicem sic nominat: sic enim dicitur et a maris Arabie heb. Scheba i. Arabie felicis. Et inde fuit Regina Scheba que ad Salomonem venit 3 Reg. 10. Saba autem secundum est civitas regalis Ethiopie. Et dicitur a Saba filio ipsius Chus. Unde Chus Ethiops hebr. dicitur quod pro Ethiopem est. Et ex istis duobus locis fuisse Magos putatur qui ad Christum natum venerunt. Et hic sane id in fine pro [illegible] intelligi. Ideo Reges Tharsis i. maris rubri quod soli Arabes felicis Arabie sive Sabei ex utroque latere possident. & per consequens et insulas in medio eius. Et secunda pars est repetitio quod ad clariorem expositionem. Ideo sunt melius [illegible] Isaie 60 consonat qui ait: Cum ad te conversa fuerit multitudo maris (q. d. Reges Tharsis) fortitudo gentium venerit tibi (q. d.) et insule. Dromedarii Madian & Epha: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes. Omne pecus Cedar congregabitur tibi. Arietes Nabaioth ministrabunt tibi. In hijs verbis exponuntur aliquos [illegible] [illegible] sunt ista dona [illegible] convertendos [illegible] Christi [illegible] intelligi.

Est triplex Arabia: quam a latinis dicitur petrea, deserta, & felix. In scriptura sic nominantur. Que felix sunt Scheba dicitur. Deserta autem sunt non retinet: quod Arab. desertum significat. Petrea autem non uno nomine [illegible] Madian, Epha, Nabaioth, Cedar. frequentius in Cedar. Sunt autem Ismaelite, Amonite, Moabite, Madianite, [illegible] omnes in Arabia.

tangit ad litus maris rubri Arabis #